



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Monasterium S. Romani de Hornisga, hodie S. Romani de Ornixa in
dioecesi Toletana.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

phanorum, Ecclesiarum, pauperum, & oppressorum amator & defensor præcipuus. Hic adhuc viuente patre duxit uxorem Richildem viduam Hermannii Comitis Montensis, ex qua duos habuit filios, Arnoldum & Balduinum. Regnavit autem solus tribus annis, & obiit anno Domini millesimo septuagesimo, & sepultus fuit in Hanon, quod ipse fundauerat, monasterio. *Hactenus Iperius.*

An. 1070.

CAPVT XXX.

Monasterium S. Romani de Hornisgâ, hodie S. Romani de Ornixâ in diœcesi Toletana.

Fundauit hoc monasterium ac dotauit Cindasuindus Rex & vxor eius Reciberga, Era 684. in honorem S. Romani monachi circa opidum de Toro. Agit de hoc monasterio S. Ildefonsus, & S. Isidorus in chronico his verbis. *Cindasuinthus regnavit annos mitis, gloriosus vel insignis, orthodoxus, & verè pius, hic à Deo habuit regnum anno V. Imperij sui Toletum Era de LXXXIII. Memoratus itaque Rex Gothorum regnavit annos VI. menses IX. dies XI. Extra Toletum pace obiit, in monasterioq; S. Romani de Hornisgâ secus fluvium Dorij quod ipse à fundamento edificavit, intus Ecclesiam ipsam in cornuto per quatuor partes, monumento magno sepultus fuit. Est hodie Prioratus annexus monasterio Regio Vallisole.*

684.

K

tano

tano S. Benedicti. In sacello quodam veteris huius templi exstat marmor cum hac inscriptione. *Hic sunt reliquiae S. Romani monachi, S. Martini Episcopi, S. Martine virginis, S. Petri Apostoli, S. Ioannis Baptista, S. Aciscii, & aliorum numero Sanctorum.*

Ceterum Patronus huius monasterij non est S. Romanus martyr Antiochenus an. Christi 313. passus, sed S. Romanus monachus ut ex dicta inscriptione liquet. Quis autem fuerit iste Sanctus Monachus in cuius honorem Rex Ciudafuinthus, dictum monasterium fundauerit certò non constat. Ecclesia certè celebrat ac colit S. Romanum monachum, quo ad vitæ necessitatem ministro vsus est S. Benedictus ut Romanum Breuiarium loquitur 21. Martij. Cuius quidem corpus quiescit Altisiodori in Gallia. Fuit & alius S. Romanus Abbas apud Lugdunum Gallia, qui cum S. Lupicino vixit in deserto & floruit anno Christi 564. eiusque festum celebratur 28. Februarij.

Monasterium S. Petri de Monte in Hispania.

Situm est hoc monasterium in Vergisco Hispaniæ prouincia vulgo *El Vierzo* nuncupata, estque excitatum à S. Fructuoso, principis illius prouinciæ filio, & Archiepiscopo bracarenfi Era 684. Post S. Fructuosum successit S. Valerius qui illud
circa

684.